Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Sæcvlvm Decimvmtertivm Monasticvm, Et Crvce Signatvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

SÆCVLVM DECIMVMTERTIVM MONASTICVM,

ET CRVCE SIGNATVM.

PONTIFICVM ROMANORVM CONTINVATA SVCCESSIO.

An. C nati

174. INNOCENTIVS III. *Pariſijs olim primarius Sacræ Scripturæ Profeſſor, natus annos* 37. *Cardinalis tanti erat, vt Clemens abdicare ſe Pontificatu voluiſſet, ſi Cardinales eum ſuffecturos ſeſe addixiſſent. Diuina Viſione præmonſtratur eius Papatus: creaturque.* 1199

Excommunicat Philippum Galliæ Regem ob adulterium: Mittit Legatos in Galliam extirpandis Waldenſibus. &c. data adiutoribus plenaria Indulgentia: Fauet Ottoni præ Philippo in Imperatorem electo: Reges Galliæ & Franciæ inuitat ad Bellum Sacrum vetatq́; cœptas in Gallia domeſticas ex poſtillantibus gallicis conciunculas. 1199

Ottonem Saxonem coronat, reiecto Philippo, & Friderico. 1200

Philippum & Othonem reconciliat. 1207

Orbis Imperia, regnaq́; regnat continuo. Abrogat Imperium Ottoni; conferiq́; Friderico Siciliæ Regi. 1210

Dat, vngitque Regem Aragonibus. 1214

In

Anno Chriſti nati

In Concil. Lateran. damnat Almericum, Albigenſes, Ioachim Abbatem. 1215

Moritur, cum ſedit An. 18. men. 6. die. 9. 1216

175. HONORIVS III. *creatur canonice.* 1217

Reges & Imperatores frenauit, direxit: Sacros Ordines complures confirmauit: Fridericum II. Imperatorem coronauit: dein & excommunicauit: cum ſediſſet annos 10. menſ. 8. moritur. 1227

176. GREGORIVS IX. *creatur rite.* 1227

Pene centena millia Germanorum contrahit in arma, data encyclica pro bello ſacro: ſed deluſus à Friderico II. in mari morbum ſimulante, regrediente, excommunicato. 1228

Ordinem B. Mariæ de mercede redemptionis confirmat. 1230

Item Ordinem Monachorum Mercenariorum, Item Seruitarum, ſeu Seruorum Mariæ. 1231

Reconciliatur Friderico II. 1232

Condormientes hær. in Germ. proſcribit, & condemnat. 1233

Canonizat S. Dominicum. 1234

Multis præclare peractis per an. 14. me. 4. die. 3. moritur. 1241

Vacat S. Sedes anno ſolido. 1242

177. COELESTINVS IV. *Sedit dies 17. moritur.*

178. INNOCENTIVS IV. *creatur rite: & Conatur Fridericum conciliare Eccleſiæ, ſed molientem ei mortem.* 1242

Pariſijs Prædicatores mittit ad barbaros. 1244

Contra Fridericum creat XII. Cardinales donatos rubris pileis, uti ſanguinem profuſuros. 1245

Cum ſediſſet ann. 11. men. 5. di. 14. moritur. 1254

179. ALEXANDER IV. *rite creatur.* 1254

Orbis Rector per tyrannos Ezelinum & Manfredum prope ad incitas redigitur: fide interim procedente inter barbaros; ſed uacante Imperio ob exauctoratum Fridericum II. Et cum ſediſſet an. 6. m. 5. d. 5. moritur. 1261

180. VRBANVS IV. *Gallus ſutoris filius creatur.* 1261

Reſtituitur ei Patrimonium S. Petri per Cruceſignatos contra Albigenſes. 1262

Inſtituit feſtum Corporis Chriſti: cumque ſediſſet ann. 3. me. 1. di. 4. moritur. 1264

181. CLEMENS IV. *Gallus rite creatur.* 1264

Siciliam & Neapol. dat in feudum Carolo, Sancti Ludouici filio, qui & coronatus uincit Manfredum & occidit. 1266

Prædicit Conradino hoſti interitũ, cumque ſediſſet an. 3. m. 9. d. 27. moritur. 1268

Vacat S. Sedes triennio per diſcordiam Cardinalium.

182. S. GREGORIVS X. *rite creatur.* 1272

Vnionem Græcorum cum Romanis perficit. 1272

Concil. Lugduni celebrat contra Flagell. &c. 1274

Cum ſediſſet a. 4. m. 4. D. 10. moritur inclytus miraculis, Rex Regum. 1276

183 HA-

An.Ch. nati

183. HADRIANVS V. *rexit & vixit XL. dies.*

184. IOANNES XXI. *Luſitanus ritecreatur.* 1276

Cum dominantium Moderator ſediſſet men. 8. di. 5. moritur. 1277

185. NICOLAVS IV. *creatur rite,* 1278

Cum Monarcha ſediſſet an. 2. m. 8. di. 22. moritur. 1281

186. MARTINVS IV. *Gallus ritecreatur.* 1281

Frenat Imp. & reges, ſedens an. 4. me. 1. d. 7. moritur. 1285

187. HONORIVS IV. *Rom. creatur.* 1285

Rexit Eccleſiam & regna An. 2. d. 2. moritur. 1287

188. NICOLAVS IV. *ritecreatur.* 1288

Rexit ſacra & ſæcularia an. 4. m. 1. di. 14 moritur. 1292

Vacat S. Sedes biennio ex Cardinalium diſſidio.

189. S. COELESTINVS V. *ex Eremita ſit Papa inuitus extractus eremo.* 1294

Se abdicat ipſe poſt m. 2. di. 7. & vixit in cuſtodia vſq. ad an. 1297

190. BONIFACIVS VIII. *rite creatur.* 1294

Conciliat Siciliæ & Aragon. Reges. 1295

Item Angliæ & Franciæ. &c. Feſta Apoſt. Euangeliſtarum & Doctorum præcipit: Sextum Decretalium euulgat. 1297

Sedit ann. 8. men. 9. di. 19. moritur. 1302

IMPERATORVM Occidentis Acta perſtricta.

Vacat Imperium anno toto.

23. OTTO *Henrici filius creatur Aquisgrani contra Philippum Sueuiæ Regem.* 1198

In eum ducit Philippus Sueuiæ, cum ſe præterito ipſum Papa confirmaſſet. 1199

Cum Philippo conciliatur per Papã, & imperat, ducitq. filiam Philippi. 1207

Occiſo Philippo per alium, ſtabilit iterum ei ſoli Imperium Papa, Ferreaq. Mediolani, aureâ Romæ coronatur Imp. 1208

At mox ingratus vi rapit Mathildis dominia S. Petro donata. 1209

Monito, contẽmnẽtiq. Papa abrogat Imperium, & confert id Friderico. 1210

Moritur deſertus à cunctis & inglorius. 1218

24. FRIDERICVS *Siciliæ Rex fit Rex Rom.* 1210

Fidẽ iurat Papæ, feudorũq. fructus ſe daturum, & eiurat Inueſtituras Laicales ab ſe vſurpandas. 1211

Coronatur Imp. præſtito iuramento fidelitatis ac obedientiæ Papæ præſtandæ. 1213

Ottone fuſo, fugatoq. per Ludouicũ Fridericus init Coloniam. 1214

Confirmat data omnia Iura Eccleſiæ. 1220

Retardat rem in Oriente doloſus ac perfidus: peſſundat Eccleſiæ iura: Excommunicatur. 1225

Anno Chriſti nati

Spondens ſe ducturum in Palæſtinā
abſoluitur ab excom. ſed in mari mor-
bum ſimulans retrocedit cum 4000. 1227

Ideoque excommunicatur: Inde per
Italiam oritur factio Guelſorum & Gi
bellinorum. 1228

Cum Sulthano turpiter & iniurio-
ſe paciſcitur ad decennium: initium rui
næ. Excommunicatur. 1229

Ficte ſupplex Papæ vere abſoluitur;
mox dirius vexat Eccleſiam. 1230

Gibellinos adiuuat contra Guel-
fos, et acuit. 1233

Eius filius Henricus iurat in Comi-
tijs Auguſtanis, ſe fore in poteſtate Pa-
pæ, ſi imperarit. 1233

Ideo cogit eum in carcere mori. 1237

Molitur Papæ necem, cæſis Legatis
eiuſdem, & carmine ludit in Papam,
qui regerit luſum. 1238

Indictum Concil. Generale nititur
impedire. 1240

Excommunicatus in Conc. exutuſq́;
Imperio, ſæuit. 1246

Filius eius vincitur ad Franco-
furtum, & Henricus Turingiæ impe-
rat. 1247

Ab notho ſuo Manfredo in lecto
ſuffocatur. 1250

25. HENRICVS Turingiæ
Landgrauius anno 1244. rex deſi-
gnatus, ad Herbipolim capeſcens
Imperium vincit Friderici fili-
um. 1246

Ad Vlmam ictu ſagittæ toxicatæ
cadit. 1247

26. GVILIELMVS Hollandiæ Co
mes creatur Rex Rom. 1248

Confirmat Priuilegia Eccleſiaſti-
ca. 1249

Eliguntur duo Reges Rom. digla-
diantes. 1257

Caſtellano tamen demum renunci-
ante. 1258

27. RICHARDVS Rex
Cornubiæ in Anglia coronatur Rex
Rom. 1263

28. RODVLPHVS, Habſpurgen-
ſis Comes eligitur Rex Rom. merito re
uerentiæ in Ven. Sacramen. Euchari-
ſtiæ. 1267

Fortibus geſtis inclytus moritur. 1291

ADOLPHVS Naſſouius aſtu Mo
guntini eligitur Rex Rom. 1292

Iuramentumq́; fidelitatis & obedi-
entiæ præſtat Papæ. 1293

Ob ſcelera autem abdicatur ſuffecto
Alberto Auſtriæ, dum Moguntinus
coronaret VVenceslaum II. Boemiæ Re-
gem. 1296

29. ALBERTVS Auſtriacus ab-
rogato Adolpho eligitur. 1296

Victo & occiſo Rodulpho rurſus eli-
gitur. 1299

IMPERATORES Orientis.

Alexius ſuorum cædibus occupatus
nequit parere Papæ, eum ad ſacrum
bellum inuitantis, occiditur à Venetis
in prælio. 1199

104. BALDVINVS deſi-
gnatur Imperator primus Latino-
rum. 1199

Capta Conſtantinopoli, & tyranno
ſuperato creatur Imperator. 1204

Captus à Miſiæ Præfecto membris
om-

omnibus truncatus, & protectus mo- An. C. nati
ritur. 1205
105. Henricus *frater Balduini*
Imp. Latinorum contra Græcos. 1205
Edictum ſuum hoc; Non eſſe hære-
des immobilium bonorum Eccleſias,
iuſſu Papæ reuocat, reſtituiq́; curat ſua
Eccleſijs. 1210
Parem cum Epiſcopo locũ in choro
ſibi vendicans; cedit monente Papa. 1214
Moritur ſuffecto ſibi genero Petro. 1215
106. Petrus, *conuiua Laſcari An-*
tiimperatoris, amica omnia præferen-
tis, occiditur. 1218
107. Robertus *Petri filius ſucce-*
dit. 1220
Exoſus ſua culpa Latinis fit & Græcis. 1224
Moriturq́;. 1229
108. Balduinus II. *donat Lanceam*
Dominicam Venetis. 1235
Item Sertum ſpineã Chriſti eiſdem. 1247
109. Michael *Palæologus occupat*
Imperium. 1259
Multa agit prudenter, fortiter, per
ficitque cum Papis Vnionem Græco-
rum & Romanorum. 1260
Moritur: magnaq́; confuſio ſequi-
tur. 1283
110. Andronicus *filius Palæolo-*
gi ſuccedit. 1284
A coniuratis ſeruatur ope B. Virgi-
nis. 1295
Iuſtitia & prudentia eximius
fuit. 1299

CONCILIA

Generalia Tria. I. Lateranenſe *anno* 1215. contra Almaricum hære: contra librum Ioachimi, non ipſum Ioachimum: *præſertim*, ait Concilium, *cum ipſe omnia ſcripta nobis aſſignari mandarit, apoſtolicæ Sedis iudicio adprobanda, ſeu corrigenda: & firmiter confitetur, ſe illam Fidem tenere, quam Romana tenet Eccleſia, quæ cunctorum fidelium, diſponente Domino, Mater eſt, & Magiſtra. &c.*

Lvgdvnense I. *anno* 1245. contra immanitatem Friderici, qui excommunicatur: contra Saracenos in Paleſtina decernitur Bellum ſacrum: Cõtra Græcos Latinis in Oriente excidium meditantibus: & contra Tartaros effuſos in fines Chriſtianorum.

Lvgdvnense II. 500 Epiſcoporũ *an.* 1274. De Græcis Eccleſiæ conciliandis: de continuando bello ſacro: de morum reformatione.

Provincialia habita ſunt perplura.

Dogmata Eccleſiæ in Sæculo XIII. Nouatoribus hodiernis contraria.

Hic quid ſingula memorem? Vnus omnia & ſingula aſſeruit tum *Petrus Lombardus* Magiſter ſententiarum: tum vero luculentiſſime *Sanctus Thomas Aquinas* Doctor Angelicus Ordinis Prædicatorum.

Similiterq; vniuerſus Doctorum chorus & orbis.

DOCTORES, ET Scriptores in Sæculo XIII. Romanæ conſoniſubditique Eccleſiæ.

	Anno Chriſti nati
Innocentius II. in Italia	1200
Guntherus Monachus Pariſienſis hiſt.	1201
Helinaldus Gallus Monachus hiſtoric.	1203
Nicetas Choniates hiſtoricus græcus.	1205
Conradus Vrſpergenſis Abbas Præmonſtrat. hiſt.	1205
Sed qui ſtudioſior fuit Germanis Imperatoribus, quam Romanis.	
Honorius Auguſtodun. Presbyter hiſt.	1220
S. Antonius de Padua Franciſc. homiliarius.	1220
S. Raymundus de Pennaforti Ord. Prædicatorij Theol. & Decretalium collector.	1230
Guilielmus Antiſiodorenſ. Theologus.	1240
Guilielmus Pariſienſ. Epiſc. Theologus.	1240
Iacobus à Vitriaco Gallus Card. Homiliarius hiſt.	1240
Sanctus Edmundus Epiſc. Cantuarienſis.	1240
Innocentius PP. IV. Canoniſta.	1243
Alexander de Hales Franc. Theolog.	1245
Hugo Cardinal. Ord. Præd. Biblic.	1245
Humbertus Ord. Præd. Theol. & Canon.	1245
Matthæus Pariſienſis monachus hiſtoric.	1245
Martinus Polonus Monachus hiſt. fabulator.	1250
Vincentius Belouac. Epiſc. ſpecula ſcripſit.	1250
Henricus Card. Gall. Canoniſta.	1260
Guido Narbon. dein Clemens IV. PP. Iuriſta & Canoniſta.	1265
Robertus Sarbona Theolog. Pariſienſis.	1265
Thomas Cantipratanus Ord. Præ. Theol.	1265
S. Thomas Aquinas Doctor Angelicus.	1265
S. Bonauentura Franciſc. Cardin. Theol.	1265
Petrus Taruntaſien. Ord. Prædic. Theol.	1270
Henricus Stero Monachus hiſtoricus.	1270
Vdalricus Argent. Ordin. Præd. Theol.	1280
Rupertus de Ruſſia Franciſc. Theologus.	1280
Guilelmus Durantes Epiſcopus Iuriſta.	1280
Guido Archid. Bononienſis Canoniſta.	1285
AEgidius Romanus Generalis Auguſtin. Theol.	1290
Raymundus Lullus Alchimiſta.	1290
Richardus de media villa Anglus Franciſc. Theol.	1290
Henricus Gandauenſis Belga Canoniſt.	1290
Ioan. Pariſien. Ord. Præd. Theol.	1295
Dinus Mugellanus Græcus Iuriſta.	1299

Hæreſiarchæ Sæculi XIII. diſſoni Papis & Eccleſiæ.

HVMILIATI certam *Religionem profitebantur, Curãq; animarum: cõcionabantur Laici & Confeſſiones audiebant* licet prorſus analphabeti; ſub *annum* 1199. in Gallia.

Innocentius III. eos condemnauit.

Pauperes De Lugduno in Gallijs ortos ſub *an.* 1199. fundos non poſſidebant; nec certi laris vagabantur; mulierculas circunducebant. Damnantur ab Innocent. III.

Almaricus Gallus extitit Pariſiis *anno* 1215.

Finxit: 1. Chriſtum tam alijs in rebus quibuſcunque ineſſe, quam in Euchariſtia, ac proinde Tranſubſtantiationem nihil eſſe.

2. Deum locutum in Ouidio, ſicut in Auguſtino.

3. Nec paradiſum, nec infernum eſſe; ſed qui haberet notitiam Dei, habere in ſe paradiſum; infernum, qui peccatum haberet.

4. Altaria conſecrata, imagines, Sanctorum cultum, eſſe idololatrica.

5. Nullam fuiſſe ſexuum diſcretionem ante peccatum Adæ, & tamen propagari potuiſſe homines, ſicut angeli.

6. Deum non videri in ſe, ſed in creaturis, vt lux in aere.

7. Peccatum qualecunque factum in amore non eſſe peccatum.

8. Idæas in Deo creari, non eſſe ab æterno.

9. Beatos, & hic Contemplatiuos perdere Eſſe proprium, & acquirere Eſſe Idæale diuinum.

10. Omnes creaturas demum redire, conuertique in Deum, & omnia vnum fieri.

11. Legem Patris duraſſe vſque ad legem Chriſti; hanc vſq; ad Almaricum: huius legem Sp. Sancti durare ad finem mundi.

Damnatus eſt in Conc. Lateran. & ab Philippo Rege Galliæ exhumatus ac combuſtus; multi quoque ſequacium ſunt in rogo conſumpti.

Condormientes in Germania ſuborti *an.* 1233. qui ex amore Euãgelij, omnem ſexum & ætatem concludebant, vt pro libitu commiſcerentur.

Gregorius PP. IX. miſit in eos Inquiſitorem Ord. Prædicator. & condemnauit.

Imperator Fridericus II. eos pœnis coercuit.

Circumcelliones in Germania pullulantes *an.* 1249. libenter ſinebat Fridericus II. quod fingerent Papas eſſe hæreticos, Epiſcopos Simoniacos; Magiſtratus nõ à Deo eſſe, eoſque diris inſectarentur. &c.

Innocentius IV. miſit in eos Inquiſitores Dominicanos, atque damnauit.

Raymundus Lullus, ſub *annum* 1260. extitit in Lombardia, çuius blaſphemias & dæmonolatriam Alexander IV. PP. condemnauit.

Alchimiſtæ eum eluunt ſcil.

Ioan. Parmenſis in Italia ſub an. 1258. blaſphema plura euomuit in libro *Aeterni*

æterni Euangelij. V. g. Ioachimi doctrinam excellere doctrinam Chriſti, ac vtriuſque Teſtamenti; Et Euangelium Chriſti non eſſe Regni Euangelium. &c.

Damnatur ab Alexandro IV. per Inquiſitores Prædic.

Guilielmus De S. Amore Doctor Pariſien. ſub *an.* 1261. ex odio in Religioſos Mendicantium finxit; Illicitum, omnia relinquere, niſi quis cogatur. *Deſiderius Longobardus* addidit, Illicitum, inſtituere, vel inire Ordinem religioſum, qui non habeat poſſeſſiones proprias, ſaltem in communi. Damnauit eos Alexander IV. Refutauit D. Thomas & Bonauent.

Flagellantes orti in Italia ſub annum 1273. per Galliam & Germaniam turmas traxit plurimas, infanda in ſcelera effuſas ſpecie pœnitentiæ pro peccatis hominum. Proſcripti à Papa & Regibus, recruduerunt ſub annum 1313. Ottocaro eos flamma ferroque perſequente.

Apoſtolici noui, ſiue *Silueſtrini*, orti *an.* 1285. auctoribus Geraldo Parmenſi & Dulcino Nouarienſi in Italia; dicti & *Fratricelli*, dogmatizabant.

1. Eccleſię Rom. autoritatem, à Chriſto datam deſiiſſe, verſam in Meretricem Babyl.

2. Petri Poteſtatem tranſiſſe ad ſe Apoſtolicos.

3. Hos, vt perfectiſſimos iuxta Regulam Chriſti obedire nulli debere.

4. Licitum tranſitum ad ſeſe ex quocunque ſtatu; ſic vt etiam matrimonia dirimere queant, at à ſe tranſitus nefas.

5. Saluari neminem, niſi ſuæ ſortis apoſtolicæ ſit.

6. Ab S. Sylueſtro neminem Epiſcorum ſaluatum, præter Cæleſtinum V. & Apoſtolicos ſuos.

7. Ordines religioſos eſſe ad damnum fidei.

8. Tactus mutuos, concubituſq; ſexus vtriuſque eſſe licitos, vt tentatio refrigeſcat; nec eſſe peccatum.

9. Loca conſecrata non plus valere ad orandum &c. quam ſtabulum.

10. Licita periuria & mendacia; *Mens iniurata manet, etſi lingua iuret*; Eorum axioma iſtud:

Iura, periura; Secretum prodere noli.

Damnati ſunt ab Honorio IV. *an.* 1286. & Bonifacio VIII.

S. ORDI-